nto consilio ad Bella Bonus Princeps procedit: nec ta-
men si timidus est, ut improbis non fortiter resistendum,
ut pro Patria contra Hostem non pugnandum censeat, vel
vidiâ vel amore, vel odio cujuspiam â suo officio disces-
sero. Longus hîc dicendi aperiretur campus: si voce
neam omnibus ac singulis officii tanti partibus enarrandis
immittere vellem: attamen quum ad illas, dignis enar-
randis modis planè imparem me sentiam, satius puto
tuendo easdem devotè venerari, quam parcè aut infra
dignitatem enarrando ipsis quicquam detrahere. Dixisse
interim paucis sufficiat, praecipuas officii partes, ad
quas quidem sustinendas Opt. Max. Deus Principem insti-
tuit aequè ac constituit, has esse: ut rigidissimus Seditioso-
rum Hereticorum sit exstirpator; fidelissimus Pupillorum
Pater; summus Eruditorum fautor; optimus Sapien-
tum Amicus; acerrimus malitiosorum Osor; perpetuus
Tyrannorum investigator; largissimus bonorum Remu-
nerator; durissimum malorum flagellum; religiosissimus
Ecclesiae Patronus ac Protector; munificentissimus Scho-
larum Nutricius; fortissimus Reipubl. Defensor; et super
omnia, verus ac merus Executor Justitiae. Nec verò
dum officium boni Principis in totidem partes distribuo,
cohibere me diutius possum, quo minus ad metam prope prope-
rans plenis faucibus exclamem: O Bonum Principem
exquisitissimam ac vivam Solis imaginem! O Solem perbe-
nè effictum ac pictum Boni Principis Emblema! Solem
laudibus aliis extollunt, quod, etiamsi turbulenti ventorum
obstrepant turbines, vel murmurantia tumultuentur tonitrua,
vel crispisulcantia micent fulgura, vel gravidae nubes eja-
culentur grandines, vel largiflui imbres terris inducant caligi-
nem, nec tamen quicquam in suo impedire illum possit cur-
riculo, quo minus laetabundus iter suum persequatur,
omnia illa longius infra se posita despiciat, semper sereno
vultu rideat. Longe pluribus Bonus Princeps ornandus